

De adverbiosis in δην carentibus.

Buttmanno, qui in lexil. I, p. 16 sub voce ἀποιάτην adnotat: „Unter den Kasusformen, „die als Adverbia dienen, ist, wie wir oben „gesehen haben, auch der acc. fem. als μακράν, „ἀντιβίην, συναίστην (l. συναίγδην scut. Herc. „189). Dahin gehören also auch ἀκίν und „ἀποιάτην. Die von Verbalformen auf τός so „entstehenden Adverbia, also die auf την, „ebenso aber auch die Neutralformen auf τόν „und τά nahmen eine weichere Aussprache „an (so wie ὅγδος, ἔβδομος sich aus ὅκτω, „ἐπτά erweicht haben); und so wurden nun „δην, δον, δα eigene Adverbialformen, die sich „auch im Accent zum Theil modifizirten, z. B. „κρύβδην, ἀναφανδόν, ἀναφανδά, und so als ei- „genthümliche Adverbialendungen geltend sich „auch andern Formen anhängten, wie λογά- „δην etc.“, Grimmioque, qui ad auctoritatem ejus sese confert (gramm. t. III, p. 239), Lobeckius (Parall. p. 152) merito adversatur, qui admodum veretur, ne κυρηδός et ἀναφανδός, et quae his similia effingi possunt adjectiva διμοθυμαδός, ἐξονοματηδός, βουστροφηδός, κα- ταφυλαδός, διαμοιηδός non tam obsoleta sint, quam mere barbara aut certe ejus graecitatis, quae diluvio periit. Nam quae pro adjectivi ἀναφανδός sive ἀμφαδός usu afferri possunt, nec non omnia uniusmodi sunt, ita docte atque dilucide a praeceptore clarissimo (Parall. pag. 152) refelluntur, ut nemo sit, quin ei assentiatur. Eodem errore, in quo Buttmannus versatur, Passovius captus est, qui adverbium ἀμφαδῆν ex ἀμφαδός profectum esse affirmat atque ὀξυτόνως scribit. Omnia adverbia in δην terminantia potius sui sunt juris, ut ita dicam, quemadmodum apud Romanos adverbia in atim, quae ab adjectivis in atus ita repertere, ut obsoleti casus habeantur, absurdum est, et oxytones in fugiunt, quod jam apud antiquos adnotatum invenitur grammaticos (Apoll. de adv. p. 611, Cram. An. I, p. 39 l. 32).

Si a nominibus substantivis aut adjectivis aut numeralibus *) derivantur, terminatio ἀδην ad stirpem adjicitur (Cram. An. I, p. 361 l. 7, cf. Schol. II. III, 213). Inter adverbia, a substantivis propagata, solum in ἡδην cadit ἀμοι- βηδην, quod jam diu rejectum esset, opinor, nisi loco exstaret, ubi nec ἀμοιβάδην, quod Schweigh. proposuit Her. IV, 481, nec ἀμοι- βαδόν, nec ἀμοιβηδόν, neque ἀμοιβαδίς, quo Homerus utitur (Il. XVIII, 596). Cf. Spitzn. et Schol. ad h. l.), nec ἀμοιβόν, quod Suidas asservavit, ad metrum accommodari potest, Apoll. Rh. II, 1072

φαινεοι καὶ τοι μὲν ἀμοιβήδην ἐλάσσον,

qui versus jam ab auctore Etymologici M. (p. 85 l. 46) promitur et aequo falso tenore af- ficitur, atque a Passovio, qui ἀμοιβηδην oxytonon esse docet. Ἀναβολήδην, quod legitur apud Apoll. Lex. s. v. ἀμβληδην, nullo alio loco neque a poeta, neque a pedestri scriptore usurpatum et false fictum esse videtur.

Ἀολλήδην, ab adjectivo ἀολλής derivatum, apud Opp. Hal. I, 788

κεῖναι δ' εὗτε θάλασσαν ἀολλήδην ἐφέπουσιν
et Mosch. Id. II, 49

Φῶτες ἀολλήδην. Θηεῦτο δὲ πονιπόδον βοῦν
non contra, sed secundum regulam formatum, ex ἀολλεάδην enim contractum est. Majores in difficultates incurro, de voce ἀναίδην commentaturus, praesertim quum nemo de doctis viris, nedum grammaticarum argutiarum peritissimi mihi adminiculo sint. Locus quidam apud Plat. Gorg. §. 108 — ΚΑΛ. οὐν αἰσχύνει εἰς τοιαῦτα ἄγων τοὺς λόγους, ὃ Σώφροτες; ΣΩ. Ἡ γὰρ ἐγὼ ἄγω ἐνταῦθα, ὃ γενναῖς, ἢ ἐκεῖνος, δις ἂν φῆ ἀνέδην οὖτω, τοὺς χαίροντας,

*) A pronominibus et praepositionibus Graeci, quamvis vocabulorum copia redundantes, adverbia in δην non fingunt (EM. p. 781 l. 24, Cram. An. I, p. 361 l. 6).

ὅπως ἀν χαίρωσιν, εὐδαιμονας εἶναι, καὶ μὴ διορίζηται, τῶν ἡδονῶν ὅποιαι αἱ ἀγαθαὶ καὶ κακαῖ; — Buttmanno in adnotationibus, Heindorfii editioni annexis, occasionem dat, copiosius de voce disserendi p. 523: „Vox ἀναίδην etiam ubi commodam significationem habere videatur, tamen ubique est proscribenda; neque enim ab αἰδός, neque ab αἰδεῖσθαι salva analogiae lege formari potuit, et ubique alterius formae hujus ἀνέδην significatio est apta.“ Heindorfio, ἀνέδην pro ἀναίδην (e Cod. Reg. Ald. Bas. 1. 2) l. c. scribenti, satis est, quod illa vox, quamquam ἀναίδην eodem fere redit, tamen Socratis urbanitati longe sit aptior. Negari quidem, opinor, non potest, ἀνέδην etiam sermoni accommodari, voceque ἀναίδην, si ejusdem sit potestatis, quam habet ἀναίδης, hominem delicatum et calamistratum plane affligi; sed, quin vis orationis, Socrate de stolida interpellatione sophistam objurgante, multo, ἀναίδην restituta, augeatur, quis est, qui dubitet? Huc accedit, quod non solum illo loco, sed etiam alibi, ubi nunc ἀνέδην legitur, codices non omnes quidem, sed neque pauci, neque pessimū ἀναίδην suppeditant; quare Stephanus (cf. Beck. Orat. Att. IV, p. 203) atque Reiskius Dem. p. 229 retinuerunt, quamquam ἀνέδην cod. r, u et correctum Ω et u dabant — οὐχ οὕτῳ τετύφωμαι, ἀλλ’ ὑπὲρ μὲν τῶν πεπολυτενμένων δικατεψεύδοντας καὶ διέβαλλες, αὐτίκα ἔξετάσω, τῆς δὲ πομπέας ταύτης τῆς ἀναίδην οὐτωσὶ γεγενημένης ὑστερον, ἀν βουλομένοις ἀκούειν ἢ τοντοισι, μηησθήσουμαι*) — (cf. Diod., Strab., Plut. Lycurg. c. 15, Ael. V. H. I, 8; IV, 12 et al., ubi mss. inter ἀναίδην et ἀνέδην fluctuantur). Tot testimonia refutare, et vocabulum ἀναίδην, quia ab ἀνέδην usu vincitur, prorsus reprobare ac rejicere, suspicionem movet, eoque majorem, quam formae illi grammatici quidam patrocinentur. Pollux dicit III, p. 119: τὰ δ’ ἐπιδήματα δαψιλῶς, ἐπτενῶς, ἀφθόνως, μεγαλοπρεπῶς, ἀναίδηρ (ubi Seberus: forte ἀνέδην, quod Hesychius ἐπεκενμένως etc.), χύδην etc., Suidas s. v. ἀναίδεις: ἀναίδηρ, ἀθρόως, σφρόδως, ἀπηρυθραισμένως componitque cum ἀναίδως et ἀναίδης, ita, ut ambigere non possumus, quid voluerit. Ad verbum cum eo con-

*) ἀνέδην hoc loco grammaticus etiam ap. Beck. p. 400 et Bachm. An. I, p. 93 praebet, qui exempla ex Platone et Dem. collegit: ἀνέδην· ἀνειμένως· δύναται δὲ ἀπὸ τῶν ἐπιπον μετάγεσθαι, γέλει ἀν αἱ ἡρίει ἀνεδῶσι. Πλάτων δὲ Νόμων ἐνδεκάτῳ· εὔος μηχανῆται, ὅπως μὴ ἀγέδην ἀνασχυντέας τε καὶ ἀνελευθέρους ψυχῆς μένοντα συμβίσσεις γίνεσθαι φάστος· καὶ Δημοσθένεις ἐν τῷ περὶ στεφάνου· τῆς δὲ πομπέας ταύτης τῆς ἀνέδην γεγενημένης, ἀντὶ τοῦ ἄγαν· καὶ πολλὴ ἡ τοιαύτη κρήσις.

gruit gramm. ap. Bachm. An. I, p. 82, significantissime tamen Moschopulus exponit π. σχεδῶν p. 190: ἀναίδηρ τὸ ἀναισχύντως διὰ διφθόγγου καὶ ἀνέδηρ τὸ ἀπολλυμένως διὰ τοῦ εψιλοῦ. Operae igitur pretium videtur, formam ἀναίδηρ, quae maxime ob anomaliam a Buttmanno rejecta est, illustrare. Apud omnes constat, originem ab αἰδός petitam resuendam esse, primo, quia substantiva in ὡς adverbia in δηρ non procreant, deinde, quia adverbium, si formatum, αἰδώδηρ fictum et quidem ex αἰδούδηρ conflatum esset. Sed nonne placet, ab ἀναίδης deducere? quid obstat? num analogia? Ab ἀναίδης fit ἀναιδεάδηρ — ἀναίδηρ et ab hoc ἀναίδηρ, quum ἐπαλληλίᾳ δηρ auribus et Graecorum et nostris invisa sit, praesertim quum una vel due syllabae praecedant. Quod quamvis cuique, qui Graecorum morem, vocum, ut alternitatem evitarent, decurtandrum bene cognovit*, dilucidum sit, tameu conjicere non ausus essem, si alia exempla ejusdem modi, quae rem clarius demonstrant, mihi defuisse. Nihil habet, quod reprehendi possit, forma δοϊβδηδόν, sive a δοϊβδος, sive a δοϊβδέω deducas, ap. Quint. Smyrn. V, 381

[Εὗτε λεβῆς] Ροιβδηδόν μανῆται ὑπὲρ πυρὸς αἴθουμενοι quia eaedem quidem consonae continuas syllabus ordiuntur, sed ab variis excipiuntur vocalibus; δοϊβδηδηρ autem ab Graecis ob cocophoniam repudiatum est, itaque δοϊβδηρ formaverunt, quod pro δοϊβδειν ap. Photium p. 491 — δοϊβδειν· ὡς ἐπὶ δεύματος· σφρόδως· φροβερῶς — ut ὑνδηδηρ pro δοϊβδηρ (ib.), sicut ordo litterarum postulat, restituendum est. Neque discrepat a Photio gramm. ap. Bachm. An. I, p. 359 — δοϊβδηρ· ὡς ἐπὶ δεύματος· σφρόδως· φροβερῶς —. Pari modo Euripides ἐπιδοϊβδηδηρ pro ἐπιδοϊβδηδηρ carminibus suis intextuit Herc. Fur. 840 (ed. Matth.)

Ἐτ δὲ δὴ μὲν Ἡραὶ δὲ ὑπουργεῖν σοι τὸ ἀναγκαῖον ἔχει Τάχος ἐπιδοϊβδηδηρ δὲ διμαρτεῖν, ὡς κυνηγεῖν κύνας, Λίμη γ.

Alterum vocabulum, quod eandem speciem alternitatis protulisset, si quidem Graeci non immuniuisserint, est περιδήδηρ pro περιδήδηδηρ — περιδήδηρ a περιδήδηδης, nec substantivi in δῃ accusativus adverbialiter usurpatus, nec a περιδήδηδηρ νῦν ἐφελκυσθέντος, ut nonnulli inepite opinantur, ap. Apoll. Rhod. IV, 1581

περιδήδηρ δὲ ἐτέρωσε
Κλινομένης χέρσοιο, τότε πλόσις ὕμαιν ἀπήμων
Ἀγκώνος τεταννυσται ἀπὸ προύχοντος ἰοῦσιν.

*) v. grammaticum ap. Beck. III, 1192: ἀλλεπάλληλον τὸ δ . . . κακόψωντον ἔστι.

Quibus addendum est adverbium λογάδην, si quidem ex λογαδάδην exstitit, et nonnulla in δον, quae δ vel τ οὐτικόν et sequentem vocalem propter syllabarum concentum abjecerunt, ut πανημαδόν pro πανηματαδόν vel πα-
νηματηδόν (Schol. ad Opp. Hal. III, 360 et Hesych., ubi perperam πανήδαμον exstat), πλεμμαδόν (κλοπαῖον Hesych.) pro πλεμματα-
δόν vel πλεμματηδόν, διμαδόν pro διματαδόν
vel διματηδόν (Theod. Prod. 194, 366, 401) πτνωδόν pro σπνωδηδόν (Beck. An. II, p. 786). Sic analogiam non violarunt, qui ἀραιδην indexerunt, et quia significationi nihil inest, quod vituperari possit, nemini reluctabimur, qui adverbium ἀραιδην, ubi codices consentiunt aut optimi praebent, retinet.

At παμπήδην, quo usi sunt Aesch. Pers. 728, Soph. Aj. 897, Theogn. v. 615, Nicand. Alex. 526 et ignoti versificatores ap. Plut. de Aud. Poetis ac Proculum (v. Lob. ad Aj. p. 399) contra canonem est fictum, si verum est, quod EM. 367, 10, scholiastesque Ven., qui ad II. III, 213 eadem fere verba, quae in EM. existant, prodidit, et schol. ap. Cram. An. I p. 152 l. 1 affirmant, παμπήδην exortum esse ex πάμπαν, consentiente grammatico in An. s. ἀμφιελεμνίς, ubi paraschematista παμπηδόν et παμπηδονίς afferuntur (Lob. Aj. p. 400). Neque est, qui dubitet, quin schol. Ven. assentendum sit, quamquam nonnulli veteres, perverse docti grammatici aliter senserunt. Ita Eustathius p. 1502 l. 48 adnotat: "Οτι δὲ ἀπὸ τοῦ πᾶν τοῦ κτῶμα τὸ πῶν, ἐξ οὗ καὶ πηρός δὲ ἐξ ἀγχοτειας ἐπίκτητος συγγενῆς καὶ παμπήδην ἐπίδημα καὶ παμπησία ἡ παμπησία, δῆλον ἔστιν ἐν τῶν παλαιῶν καὶ αὐτό, cuius scholii auctorem Philoxenum fortasse vel alium monosyllaborum venatorem fuisse Lobeckius (ad Aj. p. 400) suspicatur. Quum vero derivatio a πῶ nimis longe repetita videatur, etiamsi verbi πάμπαν nonnulla tempora adhuc restent, et Hesychius ipse παμπησία interpretetur πάσα ἡ ὑπαρξία, quasi a πάμπαν ductum sit, multo magis eorum sententia probanda, qui a πάμπαν adverbium illud ortum habere censem, et conjectura facienda est, παμπήδην aut ipso a nominativo πάμπαν exortum, aut principio παμ-
πανήδην pronuntiatum et deinde ob vocalitatem in παμπαδην vel potius παμπήδην, quia antepenultima syllabae unius extrusae causa corroboranda erat, concisum esse.

Singulari modo et quidem praeter unum a nominibus secundae declinationis profecta sunt adverbia in ἴνδην, quibuscum nulla apud Romanos usurpata comparari possunt: ἀγχιστίν-

δην, ἀραιστίνδην, πρατιστίνδην, πλοντίνδην et φραγγίνδην, quorum prima a superlativis ducta. Conjunguntur, ut Pollux VI, 175 adnotat, ἀραιστίνδην cum ἐπλέγειν, πλοντίνδην cum πατα-
λέγειν et ἀγχιστίνδην cum γαμεῖν, quod quum oratorum poetarumque libris, tum grammaticorum praeceptis confirmatur. Ita Moschopulus π. σχεδῶν 190: ἀγχιστίνδην γαμεῖ, ὅταν εἰς γάμου ἄγγει τὴν ἔγγιστα τοῦ γένους, Etymologicum M, et Photius et Suidas ἀγχιστίν-
δην interpretantur τὸ vel οἱ κατ' ἀγχιστεῖαν. Quid hanc ob causam illa Hesychii glossa: ἀγχιστίνδην, δινύνων ἔγγις τῶν βωμῶν παρὰ Σόλωνι· sibi velit, nemo fere intelliget, nisi statuerit, nonnulla verba omissa esse. Quae ad explenda monendum, Atticis legibus cau-
tum fuisse, ut ἐπίπληγος nuberet ἀγχιστίνδην i.
e. proxima propinquitate juncto ἀγχιστεῖ (cf. Kuehn. ad Poll. I. c.), itaque conjectura fa-
cienda est, eam, quae suspicionem moverat, altari admotam jurejurando adactam esse, leges se non evertisse. Αραιστίνδην, quod saepissime a scriptoribus usurpatum et cum verbo eligendi componitur, ut Isochr. Panegyr. 146 (ap. Beck. II, p. 78) — λαβόντες γὰρ ἔξαπισχιλίους τῶν Ἑλλήνων οὐκ ἀραιστίνδην ἐπειλεγμένους, ἀλλ᾽ οἱ διὰ φανότητα ἐν ταῖς αἵτινας οὐχ οἷοι τὸ ήσαν ζῆν — (v. Polyb. VI, 8, Plat. legg. IX, c. 7 et schol., Theop. ap. Athen. I. IV, p. 167 aliasque locos, quos assert Ruhnkenius ad Tim. p. 42, 78 et ad Longin. sect. 10), tamen non semper regulam a Pollicce constitutam se-
quitur, apud Lucianum enim legitur μὴ ἀραι-
στίνδην καθίστειν. Πλοντίνδην, quod voci ἀραι-
στίνδην plerumque opponitur, ut Plut. Lys. c. 13 — οὐτε γὰρ ἀραιστίνδην, οὐτε πλοντίνδην ἀποδείνυντες τὸν ἀρχοντας —, Synes. de Regn. p. 30, b — ἀραιστίνδην οὖν, ἀλλὰ μὴ πλοντίνδην, ἀστερο γῆν, η τῶν ἀρξάντων αἴγεσις γενέσθω —, Aristotel. Polit. II, c. 9 — οὐ γὰρ μόνον ἀραι-
στίνδην, ἀλλὰ καὶ πλοντίνδην οἴνται δεῖν αἰ-
ρεῖσθαι τοὺς ἀρχοντας — et alio loco ap. Plut. — Τὸν λόγον ἀξιῶ, καθάπερ τὸν οἶνον, μὴ πλοντίνδην, μηδὲ ἀραιστίνδην, ἀλλ᾽ ἐξ Ἰσον πάσαις, καθάπερ ἐν δημοκρατίᾳ, νεμεσθαι — in melioris notae lexicis veterum grammaticorum, si Pollu-
cem excipias, qui, sicut diximus, lib. VI, 175 adverbia modo commemorata uno ambitu complexus est, desideratur. Nec minus πρατιστίν-
δην, quod reliqui lexicographi omittunt, solum Pollucis opera ab oblivione vindicatum est, qui libro primo π. ἐξετάσεως στρατοῦ exponens §. 176 ita disputat: καὶ τὰ τούτων ὀνόματα ἐρεῖς, στρατιῶται ἐπίλεκτοι, ἐκπριτοι... ἀριστοι, ἀραιστεῖς, λογάδες, ἀραιστείοντες... λόγιμοι.

ἀριστίνδην, λογάδην, κρατιστίνδην, quod, si a scriptoribus receptum, ut ἀριστίνδην et λογάδην cum verbo eligendi vel aestimandi, opinor, conjunctum erat. Φαργίνδην quoque communi ab usu alienum fuisse videtur, quum neque poeta, neque pedestris scriptor, quantum ex reliquiis, quae aetatem tulerunt, conjici potest, unquam hoc vocabulo usus sit. Ex rhetorum tamen libellis sese attulisse auctor EM. tradit, qui solus φαργίνδην asservavit et illustravit p. 788, 38: φαργίνδην, ὡς ἀριστίνδην, σώπτωντες τὴν γαστριμαργίαν τῶν χορευτῶν, Αττικοὶ λέγονται δητορική. Formatum est, quemadmodum πλοντίνδην a πλοῦτος, a φάρωνγος τοῦ φάρωνγος, quod per unum γ declinatum non minus poeticum (Buttm. I, p. 235), Od. IX, 373 — φάρωνγος δὲ ἔξεσσοντο οἶνος —, Od. XIX, 480 — κεῖον ἐπιμασσάμενος φάρωνγος λάβε δεξιτερῆφιν —, Telecl. ap. Athen. XIV, 52, 341 — εἰς τὸν φάρωνγος εἰσεπέτοντο — (v. Lob. Phryn. p. 66), quam atticum erat, EM. p. 788, l. 34 testante. Nihil impedit, quod ibidem φάρωνγος (557, l. 13) et φάρωνγα (215, l. 27; 728, l. 22) scriptum legimus, quia grammatici, quamvis Atticorum usum perspectum et cognitum habeant, saepissime tamen errant, ubi aliam rem tractant. Φαλαγγίνδην, quod ex Suida indicatur, suspectum et ab editioribus jam dudum rejectum est.

Reliqua adverbia in δην a nominibus, maxime iis, quae perfecto secundo assimulata sunt, derivata a ante exitum et quidem coruptam habent, ita, ut multum inter ἀδην et atim non specie, sed mensura intersit, et atim potius cum ηδόν cognatum esse videatur. Numero autem adverbia a nominibus primae declinationis orta praestant.

Primae sunt: ἄγχοάδην, quod Guyet. ab ἄγχοή deductum esse putat, et Hesychius interpretatur ἀμβολάδην i. e. cunctando. Evidem non intelligo, quā adverbium illud, hac significatio praeditum, ab ἄγχοή propagari possit, siquidem ἄγχοαι sunt πηγαι (Hesych.). Ἀμβολάδην (Il. XXI, 364, Herodot. IV, 181, Pind., Call. etc.) pro ἀναβολάδην, ἀναστορφάδην (ἀνεστραμμένως Hesych.), ἐπιτροπάδην (aut ab ἐπιτροπή aut ab ἐπιτροπος Hesych.), ἀποτροπάδην (aut ab ἀποτροπή aut ab ἀπότροπος ap. Opp. Hal. III, 612). Ἀνδοκάδην, quod Hesychius interpretatur ἐξ διαδοχῆς, et sine dubio arcessitum est ex ἀνδοκή, vocabulo temporis vetustate abolito, ion. pro ἀνδοκή ἐπιστολάδην (a στολή) Hes. scut. v. 287 — οἱ δὲ ἀροτῆρες Ἡρεικον καθόντα διαν, ἐπιστολάδην δὲ κι-

τῶνας Ἐστάλατ· αὐταρ . . . —, ubi plures codices J. M. m. ἐπιστοχάδην, cod. C. ἐπιστειλάδην suppeditant, nusquam alibi, quantum scio, repertum (v. Ranke. app. crit. ad scut. Herc. p. 240) Schol. interpretatur κοσμίως καὶ ἀνεσταλμένως i. e. ornate et succinctum. Ἐπιστροφάδην (Il., Od., h. in Merc. 210, Hes., Bachm. An. etc.), παραβολάδην vel παρβολάδην (Apoll. Rhod. IV, 936) intellectu consentit cum παραβλήδην, παρασποράδην, περιπλοκάδην (Paul. Sil. 6; An. III, 72). Περιστολάδην dubium est, quum loco, quo exstat, Nic. Alex. 475 — Ἰκτερόδην σάρκες δὲ περιστολάδην μινθονοι Τηρόμεναι — scholiastae potius, qui interpretatur οὐκ ἀθρόαι, ἀλλὰ οἶνον κατὰ σταλαγμὸν ἐλαττούνται itaque περισταλαδην legisse videtur, quam codicibus cedendum sit. Περιστροφάδην (Orph. Argon., Opp. Hal. V, 146), περιτροπάδην (Apoll. Rhod. II, 143), προτροπάδην (Il. XVI, 304; Arr. Exp. Al. III, 28 etc. etc.), περιφράδην, σειράδην, ὑπερβολάδην (Theogn. 484) ὑποτροπάδην (Opp. Hal. I, 636; III, 274); φραδην (Soph. Oed. Tyr. 1310) a φράδη, quod Hesychius testatur significare τὸ φρεσόμενον τὴν δημήν, κίνησιν, dicitur de eo, qui aut lectica, aut alienis manibus effertur. Pollux VI, 175: φραδην κομίζεσθαι et Luc. dial. Alex. et Philipp.: Εἴ ποτε τῷωθείης, καὶ βλέποιεν τε φραδην τοῦ πολέμου ἐκκομίζομενον (cf. Hoog. ad. Viger. p. 375, adn. 49).

Secundae: ἀναλογάδην ab ἀνάλογος (καὶ ἀναλογίαν Hesych.), καταλογάδην, compositum ex κατά et λογάδην a λόγος, soluta oratione scribere aut legere aut loqui (Poll. VI, 175; Arr. Exp. Alex. I, 12; Plat. symp. p. 177, l. 14). A δρόμος ducuntur δρομάδην (μεταδρόμου Hesych.), ἐπιδρομάδην, quod rectius ab ἐπιδρομος vel ἐπιδρομή, quam ab ἐπιδρομεῖν, sicut Passovius vult, oritur (Cyrill. contr. Julianum I, p. 11), παραδρομάδην (Orph. Arg. v. 856) et μεταδρομάδην (Il. V, 80), de quo Eustath. p. 524, l. 33 adnotat: τὸ μὲν ἐπιτροχάδην ἐπὶ γλώσσης, ὡς πον ἐπὶ Μενελάου ἐληγται· τὸ δὲ μεταδρομάδην ἐπὶ ποδῶν, ὡς ἐνταῦθα μεταδρομάδην ἥλασεν ὅμον· καὶ σημειώτεον, διπας εἰ καὶ διποιάν πως ἔχοντιν αἱ λέξεις ἄμφω παραγωγήν, ἀλλὰ τὸ σημαινόμενον αὐταῖς διαφορον· εἰ γάρ καὶ τρόχος καὶ δρόμος ταντὸν, ἀλλ᾽ ίδον γλώσσης μὲν τὸ ἐπιτροχάδην, ποδῶν δὲ τὸ ἐπιδρομάδην· οὕτω καὶ τὸ παντονοργός καὶ τὸ παντονοργός εἰ καὶ λέξις ἡ αὐτὴ ἀμφοῖν ἔχειται τὸ ἔργον δηλαδή, ἀλλ᾽ ἔχοντι διαφορὰν παρὰ τοῖς ὑστερον etc. Neque falsum est, quod Eustathius de ἐπιτροχάδην disserit (cf. 407,

11 et 1835, 36), si Homerum in judicium vocas, nam ubi apud eum comparet, cum ἀγορεύεις compositum est, sic Od. XVIII, 26

ω πόποι, ὡς ὁ μολοθρὸς ἐπιτροχάδην ἀγορεύει
et II. III, 213

ἥτοι μὲν Μεγέλας ἐπιτροχάδην ἀγόρευεν.

(cf. EM. 367, l. 2; Schol. Ven. ad II. III, 213, qui iisdem fere verbis utuntur; Hesych., Bachm. An. I, p. 233). Ζυγάδην usurpare aliquando oratores, saepius tamen poetae (Viger. p. 374, IX; cf. Phot. Suid. et Bachm. An. I, p. 48), τρομάδην a νόμος, si recta est scriptura ap. Schol. Ven. ad II. III, 213 et apud Cram. An. I, p. 151 l. 33. EM. (367, 9) et alii, qui iisdem fere verbis et exemplis utuntur, suppedant etiam μονάδην a μόνος. A λόχος λοχάδην, a τρόχος τροχάδην (EM. 781 l. 26; 367 l. 7; Cram. An. I, 152; Apoll. de adv. p. 611) et ἐπιτροχάδην (de quo supra). Λογάδην haesito utrum a λόγος ducam, quod volunt auctor EM. 781 l. 25, Schol. ap. Cram. I, 361 p. 7 et Apoll. de adv. p. 611, an a λογάς, quocum significatio congruit. Hesychius enim reddit ἐπιλέκτων, Photius ἐπιλέκτων, grammaticus apud Bachm. An. I, p. 291 ἐπιλέκτων, neque multum ab ἀριστίνδην abesse λογάδην merito judicat Hoogevenius (ad Viger. p. 373, adn. 41) „λογάδην τι αἴρειν, id, quod ex conjectura aptissimum videtur, capere“ Thucydidis locum (IV, 4) promens: Ἐγχειρίσαντες εἰργάσαντο, σιδήρια μὲν λιθονοργὰ οὐκ ἔχοντες, λογάδην δὲ φέροντες λίθους, ὡς ἔναστόν τι συμβαῖνοι (i. e. comportabant cum delectu, sive, quos maxime idoneos conjiciebant). Huc accedit, quod Pollux λογάδην cum ἀθροίζειν conjungit (VI, 175), ita, ut promptior sim ad proponendum, λογάδην exstitisse ex λογαδάδην, unamque syllabam alternitatis causae ejectam esse. Prorsus eodem quidem modo nata exempla proferre non valeo, nam μιγάδην, quod Hesychius indicat, a μιγάζομαι progigni potuit, vel magis probabiliter ab adverbio μίγα, quemadmodum λαθηδόν et κρυπτόν a λάθησι et κρύψισι veteres grammatici omnes ad unum a μόνος petunt (Apoll. de adv. p. 611; EM. 367, l. 10 etc.), Passovius a μονάζω, et σποράδην (sparsim), quo utuntur Isocr. Panegyr. p. 94 — σποράδην ἔκειντο ἀνὰ τὸ πεδίον οἱ στρατιῶται — et Arat. Phaen. v. 389 — ἄλλοι δὲ, σποράδην ὑποκείμενοι Ὑδροχοῇ nihil impedit, quo minus veterum potius auctoritati assentiamus et a σπόρῳ derivemus (Apoll. de adv. p. 611; Schol. ap. Cram. An. I, 152 l. 1; EM. 367 l. 10; 781 l. 25), quam a σποράς, quo inclinat Passovii sententia,

aut a σπείρω, α in o mutata, ut Buttmannus jubet (gramm. II, p. 452); sed similia jam supra percensui.

Ceterum exempla adverbiorum in ἀδην a nominibus tertiae declinationis majore adminiculo, quam quod habent, indigent; ne dubitemus. Ραχάδην, quod Hesychius e latebris vetustatis protraxit et interpretatur ἐπὶ τῆς ὁράσεως, aut non ab hoc vocabulo, sed potius a vocibus simili intellectu praeditis et ab eodem prolatis: δαχάς, δάχη, δάχος, δάχες declinandum, aut ex ὁράσει irregulariter contractum est et antepenultimam habet longam. Παραφράδην, quod legi apud Stephanum Londini editum, ubi exstat: „Lex. Upsal. inedit. in Aurivillii Disq. de gloss. Gr. Ms. in Bibl. Reg. Acad. Ups. asservatis P. 3, p. 24: Ράδαμνος· βλαστός, ωλάδος, τρυφερός παραφράδην ἡ τὸ ἄνθος“ aut ex παραφρεάδην, sicut δαχαδην ex δαχεάδην contractum, aut ex παραφραδήν ab παραφνάς (suboles), ut λογαδάδην ex λογάς concisum est.

Si quis miretur, haud magnum adverbiorum in δην a nominibus propagatorum numerum pro portione latinorum in im simili modo exortorum esse, memor sit, terminatione δην minus denominativa formari solere, quam verbalia, denominativa in δόν tamen multo numerum verbabium eandem terminationem habentium superare, ita ut non fallatur, qui contendat, adverbia in δόν cum adverbii in tim (atim), adverbia autem in δην cum adverbii in im, quae t cliticam consonam desiderant, comparanda esse.

Omnis fere veteres grammatici, qui de origine verbalium adverbiorum in δην (vel δόν) desinentium disputant, consentiunt, a futuro ea derivanda esse, quamquam neque significatio quidquam cum futuro commune habet, neque fieri non potest, quin ab alio tempore facilius progignantur. Multa igitur exempla proferunt, ut res, quam tractant, illustrent adque finem perducant. Sic legimus EM. 781, l. 26: ἀπὸ δὲ ὅμιλος τῷ β γράφω γράβδην, λείβω λείβδην, κρύπτω κρύψδην. ἀπὸ δὲ τῶν εἰς ἔω μελλόντων τῷ γ μίξω μίγδην, λίξω λίγδην. ἀπὸ δὲ τῶν εἰς σω τῷ η δήσω δήδην (σημαίνει τὸ φανερώς), τημήσω τημὴδην. ἀπὸ δὲ τῶν εἰς μι, ἀπὸ μὲν τῆς πρώτης συζυγίας τῷ ε παραλήγεται, ἀνίημι ἀνήσω ἀνέδην. ἀπὸ δὲ τῆς δευτέρας τῷ α παραλήγεται, βιβημι βήσω βάδην ἀντὶ τοῦ ἀργᾶς, ὡς τὸ τονδὶ ἡρέμα βάδην ἀπίστος. et iisdem fere exemplis alii grammatici utuntur, quorum alter ab altero et canonem et exempla mutuatus est. Sic Cram. An. I, p. 361, 8:

εἰ δὲ ἀπὸ ὁμίατος γίνονται, τῷ β παραλήγονται, οἷον γράφω γράβδην, λίω λιγδην· ὡς τὸ ἄκρον ἐπιλίγδην II. φ. 599· κούπτω κούβδην· εἰ δὲ ἀπὸ τῶν εἰς ἔω μελλόντων τῷ γ παραλήγονται, ὡς τὸ μῖξω μῆγδην, λίξω λιγδην· εἰ δὲ ἀπὸ πεισπομένων, τῷ η παραλήγονται, ὡς δῆσω δῆδην· σημαίνει δὲ τὸ φανερῶς· τιμῶ τιμῆσω τιμῆδην· εἰ δὲ ἀπὸ τῶν εἰς μι, εἰ μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης συνγίας τῷ ε παραλήγονται, οἷον ἀνίμηι ἀνήσω ἀνέδην· σημαίνει δὲ τὸ διαλεκτικόν· εἰ δὲ ἀπὸ τῆς β, ταῦτα παραλήγονται, οἷον βίθημι βήσω βάδην II. V. 516. Num Apollonius quoque ita senserit, non liquet, quum de adverbis in δην disserens (II, p. 611 et 612) expressis verbis regulam non exposuerit. Nonnulla vero sunt, quae faciunt, ut conjiciamus. Ad ea enim adverbia, quae in γδην terminantur, futurum in ἔω adjicit — καὶ παρὰ τὸν εἰς ἔω λήγοντας μέλλοντας διὰ τοῦ γδ, πλέξω πλέγδην, μῖξω μῆγδην, νίξω νήγδην —, quamquam ad reliqua adverbia ab eo prolatâ prae-sens solum additum est; et ut χύδην explicet, thema γώ ponit (p. 612), quo abstinuisset, nisi illud a futuro, neque a perfecto passivo produci voluisse. Negari quidem non potest, multa adverbia verbalia futuri characterem assumisse, itaque grammaticos et scholiastas recte facere, si a futuro eorum originem trahant, ut Helladium Phot. CCLXXIX, 869 — τὸ ἐπιτάξ ἀπὸ τοῦ μέλλοντος γέροντεν, ὥσπερ καὶ τὸ κωρίς καὶ τὸ πέλας καὶ τὸ μῖξ, δῆθεν τὸ ἐπιμῖξ, καὶ τὸ δᾶξ, εἰς οὖ τὸ δδᾶξ· ἀπὸ δὲ τοῦ πινέξου πινέξ καὶ πινέξ· ἀπὸ τοῦ οὐδίου οὐδίξ καὶ ἀμφορδίς· ἀμύξω ἀμύξ παρὰ Νικάνδρῳ, πλήξω πλήξ καὶ ἀμφιπλήξ (scr. πλίξ), ἀγκάσω ἀγκάσ, τύψω τύψ καὶ ποστύψ — et EM. p. 88, l. 1 — ἀμύξ . . . παρὰ τὸν μέλλοντα γιό-μενον ἐπίδημα, ἀποβολῆ τοῦ ω, ὡς ἀπὸ τοῦ δήξω δᾶξ καὶ ἀντοδάξ, κλάσω κλάξ καὶ δικλάξ-ούτως ἀμύσων ἀμύξω ἀμύξ καὶ ἀμύξ (quibus adnumeres adverbia ἀλλάξ cum compositis, quae Lobeckius ad Aj. p. 438 commemorat, πατάξ, διαμπάξ, ὑράξ, ὑποδράξ, ἀροίξ, ὅποίξ, ἐπιβλάξ, ἐνράξ, ἐπιζάξ, κονορίξ, ὑπαντάξ etc. etc. — et Apollonium, qui (Beck. An. II, p. 545 et p. 572) putat, ἐλληνοτι ab ἐλληνίσω, ἵστοι ab ἵάζω, διωστι a δωρίζω, αἰολιστι ab αἰολίζω etc. (cf. Schol. ad Dionys. Beck. An. II, p. 941) propaganda esse; sed quam ob causam adverbia in δην, δον et δα a futuris, quorum stirpes saepissime ab adverbiorum stirpibus sunt variatae, derivanda sint, equidem non intelligo. Multo magis sententia mihi probanda videtur, ex qua omnia hujusmodi vocabula a perfecto passivo, sicut apud Romanos, repe-

tantur, qui canon tam simplicior tam rectior statuitur (cf. EM. 612, l. 55). An non βάδην et βαδόν et composita ἀναβάδην et ἀναβαδόν, ἀντιβάδην, καταβάδην, περιβάδην, προβάδην, συμβάδην, ἐμβαδόν, παραβαδόν etc. potius a βέβαμαι (cf. Lob. ad Phryn. p. 36), quod apparet in παραβέβαμαι (Buttm. Anom. s. βαίνω), quam a βήσω vel βήσομαι pariterque βλήδην et composita ἀμβλήδην vel ἀναβλήδην et ἀνα-βλήδην, ἐπιβλήδην, παραβλήδην, συμβλήδην, ὑπερβλήδην, ὑποβλήδην, ἐπαυτιβλήδην et ἐπαυ-βλήδην sive ἐπαναβλήδην potius a βέβλημαι, cuius stirps est βλη, quam a βαλῶ vel βαλλήσω, quo Aristophanes utitur (Vesp. 222, 1482. Buttm. gramm. II, p. 126), et reliqua aequo modo derivare placet? Ab omnibus quidem verbis, a quibus adverbia in δην finguntur, perfecta passiva non in usu sunt; nihil minus formantur, quasi perfecta ipsa et quidem secundum canonem deducta extant. Quod ut perspiciat, singula exempla percensere juvat, et ita quidem, ut verba, a quibus adverbia flectuntur, eum ordinem sequantur, quem apud antiquos Graecorum grammaticos plerumque tenent (Beck. An. II, p. 893 et 894). Primo verba, quae mutas pro charactere habent, deinde, quae in ζω vel σω cadunt, tum, quibus ante ω liquidae procedunt, postremo, quae pura vocantur et in μι desinunt, pertractentur; quibus, quae sub hanc seriem redigi non possunt, vel peculiare aliquid habent, succedant.

A verbis, quae terminantur in βω, πω (πτω), φω adverbia in βδην nascuntur secundum regulam, secundum quam media medium ante se poscit. A γράφω γράβδην et ἐπιγραβ-δην II. XXI, 666 — τῷ δ ἐτέρῳ μιν πῆχυν ἐπιγράβδην βάλε κειρός — τὸ ἐπιπολῆς, stric-tim, strigendo (EM. 358 l. 22; 781 l. 26; Eu-stath. 852 l. 8; 1926 l. 49; 1929 l. 23; Schol. ad. II. l. c. Apoll. Lex. 283), ολέβδην a ολέπτω (Apoll. de adv. p. 556 et 611), κρύβδην a κρύπτω (Apoll. de adv. 611), pro quo ap. EM. (781. 54) κρύβδω et ap. Cram. (An. I, p. 39) κρύβω in-venitur, Od. XI, 455 — κρύβδην, μηδ ἀνα-φανδὰ, φίλην ἐς πατοίδα γαῖαν Νῆα κατισχ-μέναι — et Od. XVI, 153 — ἀμφίπολον ταυτήν διεννέμεν διτι τάχιστα Κορύβδην — et ap. Dem. — οὐ γάρ εἰ κρύβδην ἐστιν η ψῆφος, λήσει τοὺς θεούς. Ut κρύβδην et ἀμφάδην, ita κρυφηδῶν et ἀμφαδῶν disparata sunt. Λείβδην a λείβω (EM. 781 l. 27). Ab ὄπτω ὄβδην et ἐσόβδην, de quibus Passovius: „ἡ ὄβδη, selten poetische Form statt ὄψις, die nur bei Alexandrinern in dem als Adverbium gebrauchten acc. ὄβδην und ἐσόβδην statt ἐς ὄβδην, angesichts, coram,

vorkommt.“ Quo rectius tot veteres grammatici commentati sunt, eo majore admiratione sum affectus, virum doctissimum a recta via aberrasse. Nemo ex illis est, qui rectum non senserit; ita Apollonius de adv. p. 611 — ἀπὸ τοῦ ὅπτω ὄβδην καὶ ἐσόβδην — et alii. Quia tamen plerique Callimachi exemplum indicant, quod nostris in libris ita exstat, ut εἰς τὸν ὄβδην σπατον quodam distinctum sit — Herod. π. μ. (Dind. I, p. 28 l. 5) ἀπὸ τοῦ ὅπτω ὄβδην· δὲ καὶ Καλλίμαχος φροντὶ ἡλθον εἰς ὄβδην Schol. ad Dionys. (II, p. 942) ἔστι πάλιν ὅπτω τὸ σημαῖνον τὸ θεῶμα· τὸ ἐπιόδημα ὄβδην, ὡς καὶ παρὰ Καλλίμαχῳ· ἡλθες εἰς ὄβδην· EM. p. 612 l. 55: ὄβδην ἐπιόδημά εστι μεσότητος· ἀπὸ τοῦ ὄμματος ὄβδην, ὡς ἀπὸ τοῦ ἕστηκα στάδην· συνέστειλε τὸ ω εἰς ο· Μονόη γάρ ἡλθεν εἰς ὄβδην —, Hesychiusque formam ἐσόβδην interpretatur εἰς ἐμφάνειαν, facile intelligimus, quid Passovium commoverit, ut nomen ὄβδην substrueret; nec tamen nobis persuasit, ut veterum grammaticorum auctoritatem, nisi re ipsa coacti, pro nihil habemus, quam nihil impediat, quoniam εἰς ὄβδην ut unam vocem ab ἐσοράω deductam judicemus et scribamus, ut Passovius ipse, ceterum adverbia inveniantur, quae cum praepositionibus composita, aut cum iis conjuncte, aut separate scribuntur, ut ἐσάπαξ (Herod. VI, 125; Aesch. Prom. V, 775), καθαπάξ (Eust. II, l. 10), εἰς τοὺς (Herod. V, 105), εἰς αὐθίς vel ἐσαῦθις, εἰς αὐριον etc. (cf. Buttm. I, p. 200 et 218; Lobeck. Parall. I, p. 155). Α συλλαμβάνω (λάβω vel λήψω) συλλήβδην, in summa, denique, quo Graeci utuntur, ubi, quibusdam enumeratis, cetera uno vocabulo comprehendi volunt, vel, ut Hesychius adnotat, pro διον συλληπτικῶς, ὡς δι' ὀλίγων πολλὰ εἰπεῖς συντόμως, quare Pollux (VI, 175): συλλήβδην εἰπεῖς (v. ad Viger. p. 375 adn. 48), Aeschines (contr. Ctes. §. 17 ed. Wunderlich.): Διδάξω δ' ὑμᾶς πρῶτον ἐπὶ τῶν παραδόξων· οἷον τοὺς ἴερεῖς καὶ τὰς ἴερειας ὑπενθύνους εἶναι κελεύει δὲ νόμος, καὶ συλλήβδην ἄπαντας καὶ χωρὶς ἐκάστους κατὰ σῶμα, τοὺς τὰ γέρα μόνον λαμβάνοντας καὶ τὰς εὐχάς ὑπέρ ὑμῶν πρόδεις τοὺς θεοὺς εὐχομένους, καὶ οὐ μόνον ιδιαί, ἀλλὰ καὶ κοινῇ πατέρα γένη, Εὐμολπίδας καὶ Κήρυκας καὶ τοὺς ἄλλους ἄπαντας· et Aeschyl. Prom. V. 514.

Βοσκεῖ δὲ μάθω πάντα συλλήβδην μάθε·
Πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐν Προμηθέως.

Non multum Aristophanis locus, quem Suidas s. v. affert — ὡς ἀγαθὰ συλλήβδην ἄπαντα σοι φέρω — valde tamen Ammiani Marcellini usus differt (vit. Thuc. ed. Dind. p. VII): εἰ γὰρ

οὐκ ἂν ἐτέθη ἐν τοῖς πατρῷοις μνήμαις τεθεὶς, οὐκ ἂν ἔτυχεν οὔτε στήλης οὔτε ἐπιγράμματος, ἦ, τῷ τάφῳ προσκυμένῃ τοῦ συγγραφέως μηνει τούνομα, ubi συλλήβδην τεθεὶς est sepultus (in patriis sepulcris), ita, ut cadaver ejus una cum majoribus componeretur (cf. EM. 734 l. 14; Bachm. An. I, p. 373; Phot. s. v., qui συλλαβών, ἀθρόως, διον explicant, et Suidam, qui maxime illam vocem usurpatam esse tradidit ἐπὶ τῶν εὐδαιμονίαν ἐπαγγελλομένων). Utuntur hac voce etiam Theognis, Plato, Xenophon, Diogenes, alii.

A verbis, quae cadunt in γω, κω, χω, adverbia in γδην. Ἀρδην ab ἄγω (Luc.), βρούγδην a βρύκω vel βρύχω (Anth. 9. 55); a πλέων πλέγδην (Apoll. de adv. 611; Herod. π. μ. p. 28; Opp. Hal. II, 317 — αὐτὰρ ὁ κεῖος Πλέγδην οὐν ἀνήροις ἀπ' αὐχένος), ἐμπλέγδην (Nicom. Arithm. II, p. 153), περιπλέγδην (Opp. Hal. II, 376, IV, 152; Nonn. Dionys. II, 269; Jacobs Anth. 11, 1130; Herod. π. μ. l. e.), ἀμφιπεριπλέγδην (Nonn. Dionys. XXXVI, 360 — ἀμφιπεριπλέγδην πεπεδημένον —; Agath. Epigr. 5) et συμπλέγδην (Nonn. Dionys. X, 158 — Συμπλέγδην δὲ πόδεσσιν ἀρρώστα ταρσού συνάπτων), plerumque igitur cum verbo colligandi et compescendi conjunta. Α λέγω: ἐπιλέγδην (Eust. p. 894, 49 et 1687, 7), ab ὀρέγω ὀρέγδην (Ael. H. A. 4. 31). Α φενγω φνύγδην (Nic. Θ. 21 — Άλλὰ σύ γε σταθμοῦ τε καὶ αὐλίον ἔφεπε φνύγδην Ρῆιδιων ἐκ πάντα διώξεων) et παυφνύγδην (Opp. Hal. III, 548 — Πάντος ἀμυδις πλοιεύσουν ἀθέσφατα πίεσαι λίμνης Παυφνύγδην ἐλόωντες). Α σπέρχω σπέργδην (ἐδόμωμένως Hesych.), a βρύκω βρύγδην strictim, comprescis dentibus (Anth. Pal. 9, 14).

A verbis, quae exeunt in δω, θω, τω adverbia in δην. Ἀρδην ab ἀρδω, si lectio apud Herod. (π. μ. p. 28 l. 7) vera, neque ἀρδω ex αἴρω corruptum est. Ceterum derivationi ab ἀρδω nihil obstat, quod ex ἀρσται ἀρδην fit, οὐ omissa, ut solet. Σχέδην ad anomala retuli, quod verbi σχέθω praesens et imperfectum sola occurunt et nonnulli ex veteribus grammatis ab ἔχω petunt.

A verbis, quae in ζω et σω desinunt, adverbia in γδην vel δην, vocali praecedente, exoriuntur. Ab ἀσσω ἀγδην (Apoll. Rhod. II, 326) et composita διαγδην, ἐπαγδην (δσον ἐπιψανσι Hesych.; Opp. Hal. I, 495; II, 616; IV, 673), καταγδην (Apoll. Rhod. I, 64; Opp. Hal. V, 389), μεταγδην (Apoll. Rhod. II, 95), προπροκαταγδην (Apoll. Rhod. II, 595 — Ἐπέτρεψε κύματι λάθρῳ Προπροκαταγδην κοίλης ἀλός) et συναγδην Hes. scut. 189, ut nunc recte

legitur pro συνάκτην. Non mirum est, quod omnibus his locis ἀγδην neque ἄγδην exstat, quum epic poetae, et qui eos sequantur, atticū ἔσσω repudient. Ab ἀρπάξω ἀρπάγδην (raptim Apoll. Rhod. I, 1017; IV, 876) et ἀναρπάγδην (ib. IV, 579 et 1232). Quamquam perfectum passivum ἡρπασμαι flectitur, tamen litera gutturalis quum in aliis temporibus tum plerisque in derivatis retinetur. Ita formantur ἀρπαξ, ἀρπαγή, ἀρπαγμα et ἀρπαγμός, ἀρπακτη et ἀρπακτής, ἀρπακτός (et ἀρπαστός) etc. Ἀράγδην ab ἀράσσω (Luc.), ὀράγδην a δράσσω (Quint. Sm. XIII, 91). A πλήσσω ἐκπλήγδην (Suid.), ἐμπλήγδην (Od. XX, 112) et συμπλήγδην (Theocr. 24, 55 — συμπλήγδην ἕγχσσαν); ἐλύγδην ab ἐλίσσω (Aeschyl. Prom. 907; volutum Blomf.), ἐμπελάδην a πελάζω (Nic. Alex. 215 — βοά μέ τις ἐμπελάδην φώς Αυφιθότην κάδειαν ὑπὸ ξιφέσσιν ἀμηθεῖς· EM. 336 l. 3), litera σ extrita, ut in omnibus adverbis, quae a perfectis in σιαι desinentibus, proficiuntur, ita in ἐπισπάδην ab ἔσπασμαι, περιστλίδην a περιστλίζω, περισταλάδην a σταλάζω, ἐμπλήδην a πέπλησμαι, ἐπιψαύδην ab ἔψανσμαι etc., praeter unum βύσδην, ex quo βύζην (v. i.). Ἐναλλάγδην ab ἐναλλάσσω (συμπεπλεγμένως ex Suida: Αγαθίας· Παρήγαγε τοὺς πρόσθεις ἐναλλάγδην τῷ χείρος ὑπὸ τὴν ἐξην περισπιγμένους, κάτω δὲ τῷ κάρα ἐπινευκότας) et καταλλάγδην (Hesch. τὴν ἀντί τινος διδομένην δωρεάν). A λέζω (Eust. 1229, 24 et 1119, 54), quod a classicis scriptoribus reputatum et cum λείχω, λιχιάν cognatum est, λιγδην et ἐπιλίγδην: Od. XXII, 278 — Αυφιμέδων δ' ἄρα Τηλεμάχον βάλε χειρό· ἐπὶ καρπῷ Λίγδην· —, ubi Schol.: ὥστε ἐπιλίξαι, δ' ἐστιν ἐπιψάσαι, ἐπιπολαίσις μόνον τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος· vulgo ξεστικῶς· ἄπαξ δὲ ἐνταῦθα καὶ ἄπαξ ἐν Ιλιάδι ἐπιλίγδην· II. XVII, 599 — Βλῆτο γὰρ ἀμον δουρὶ πρόσω πετραμένος αἰεὶ Αχρον ἐπιλίγδην —, quod schol. ad h. l. interpretantur: ἐπιψαύδην, δσσν δι' ἐπιπολῆς ψαύσαι, μὴ εἰς βάθος, ἐπιξεστικῶς, κατ' ἐπιδομήν (v. Hesych. et Suid. s. v. λίγδην et ἐπιλίγδην; Apoll. in lex. 287). Quia tamen secunda syllaba hujus vocis pronuntiando producitur (v. l. Iliadis), et apud Hesychium ἐπιλλίγδην reperitur, quod merito Heynus (VII, p. 377) reprobat, neque non Spitznerus (l. c.) castigat, ne stirpem cum verbo ἐπιλλίξειν (adnuere Od. XVIII, 11) confundas. Praeterea et hoc vocabulum et ἐπιγράβδην Eustathius onomatopoetica, illud tamen asperius esse jucidat. Λάγδην (Soph. frg. 606) a λάζειν (Hes. ἐξυβρίζειν), unde etiam λάξ, nam Eustathii

(249, 35; 625, 20 et 23; 796, 1; 1818, 35) et EM. (556, 14) sententia, λάξ apocopatum et correptum esse a λήξω, futuro τοῦ λήγω, quia significet τὸ τῷ λήγοντι μέρει τοῦ ποδός (τοῦ ἐστὶ τῷ ἀκρῷ) πλήττειν, claudicat. Λύγδην (singultim) a λύζω (Soph. Oed. Col. 1621; Suid. — λύγδην ἐκλαιον ἀπαντες), νύγδην a νύσσω (Apoll. de adverb. 611), περικλίδην (Hippocr.) a περικλίζω, περικλίγδην idem, quod περικλίξ, a περικλίσσομαι, divaricatis pedibus, ex conjectura Stephani aliorumque pro περιπλέγδην (et περιπλήξ) legendum, quod Hesychius asservat, quia ibidem redditum est voce περιβάδην; περισταλάδην (v. s. περιστολάδην) a σταλάζω, ποιφύγδην a ποιφύσσω (Nic. Θ. 371 — γλώσση ποιφύγδην νέμεται διψήρεας ὅγμονς), δάγδην (Plut.; δάγδην eiusdem fili valde suspectum) a δάσσω et στάγδην (Hippocr.) a στάζω, φράγδην (Batr. v. 62) a φράσσω et σπερχυλάγδην, quod apud Hesychium pro σπερχυλάδην corrigendum est, quia expr.: πέραγας ἀγανακτήσας, ὑλατεῖς ἄγαν· παρὰ τὸ σπέρχεσθαι ab ὑλάσσω, quod primum quidem apud Chari-tonem invenitur, stirps tamen et hujus adverbii et substantivi ὑλαγμα est.

A verbis, quae liquida nominantur: ἄρδην (Aeschyl. Prom. 1087) et ἀρέδην (Aeschyl. Agam. 212), quod Apollonius (de adv. 611) et Eustathius (ad II. p. 707, 37) recte, ut mea fert sententia, deducunt — τὸ μέντοι ἄρδην ἐπιλόγημα οὐκ ἀν οὐδὲ αὐτὸ παραγάγοι τινά, ὡς ἐκ τοῦ ἄρδω γίνεται, ἀλλὰ μάλιστα ἐκ τοῦ αἰρεν, ὡς περ ἐκ τοῦ ἀεισεν γίνεται τὸ ἀρέδην· ἐστι γάρ φασι τὸ ἄρδην ἀντὶ τοῦ φραράδην· Εὐριπίδης Αλκήστιδι (611) νέννη ἦδη πρόσπολοι φέροντιν ἄρδην ἐς τάφον τε και πηγάν. Sed ne quem, adnotat Blomfieldus ad Aeschyl. l. c., παραγάγη Eustathii auctoritas, ut credat de hac voce, ὡς ἐκ τοῦ αἴρω γίνεται· est enim ab ἄρω, ut σύρδην ab σύρω et φύρδην a φύρω. Quamobrem illa sententia viro docto disdiscuerit, tacuit; neque erat, cur Eustathii adnotatio improbanda esset, quamquam Blomfieldo etiam ob derivationem nemo reluctabitur, quum adverbium aequem ab αἴρω, atque ab ἄρω (ἀραρίσκω), si per significationem licuit, manare posset. Quocirca in EM. p. 137 l. 46 legimus: Ἄρδην ἐπιλόγημα· σημαίνει τὸ ὅμοι· παρὰ τὸ αἴρω, τὸ ἄπαιρω, ἢ παρὰ τὸ ἀρμόζω ἄρδην· τὸ γάρ ἐν τῷ ἀμα γινόμενον ἀρμοζόντως γίνεται. Αρδην autem non ubique ὅμοι significare, multi loci demonstrant, quibus ab significatione τοῦ ὅμοι prorsus abhorret, ut Aesch. Prom. v. 1087, ubi de Jove loquitur — Ἡς τε κελαινὸν Τάρταρον ἄρδην Ρίψει δέμας τούμον —,

